

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Dekα

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Caroli Cantoclari praefatio in Iul. orat. II

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)

CAROLI CANTOCLARI

P R A E F A T I O

IVLIANI LIBRO *περὶ τῶν Ἀυτοκράτορος πράξεων, ἢ περὶ βασιλείας, πρᾶξις;*

qui in hac editione ORATIONIS II. locum occupat,
auctioris multum & emendationis.

CANTOCLARVS LECTORI.



Quum mihi, optime Lector, ex bibliotheca illustrissimæ Reginae, Catharinae Mediceæ, Iuliani Cæsares desumendi potestas facta esset; quoniam coniunctum illi libro hunc *περὶ τῶν Ἀυτοκράτορος πράξεων, seu περὶ βασιλείας, siue ut mihi videtur, περὶ βασιλέως librum* reperi; una quoque edendum censui. Latinum etiam, ut superiorem, feci, & Reginae Mediceæ dicaui; sed eius editionem in aliud tempus distuli. Nam unicum exemplar habebam, idque adeo deprauatum, ut in eo ne versum quidem a mendis saluum & incolumem deprehenderim; & sani & prudentis hominis esse non putabam, unico exemplari existimationis suæ periculum credere atque committere. Ego initio in ea opinione & sententia fui, ut non existimarem librum Iuliano adscribi oportere, propterea quod nec Suidas ipse, qui Iuliani libros accurate recenset, nec ullus, quod sciam, auctor alius præter Zosimum, huius libri mentionem fecerit. Sed quum Zosimus dicat, Iulianum res a Constantio apud Nisibim, siue Antiochiam, gestas, quod huius libri præcipuum argumentum est, peculiari libro descripsisse; facile adducor, ut credam hunc esse. Nec vero nobis ab hac sententia desciscendum puto, quod huius opusculi phrasis a reliquorum Iuliani operum phrasi paullo alienior esse videatur. Hic enim encomiasten & oratorem, vel potius declamatorem, agit, ut illi pleniori & vberiori dicendi genere utendum fuerit. Hæc sunt, candide Lector, quorum ego te admonendum duxi. Si quid posthac certius habuerimus, nos illud tibi non inuidebimus, sed quicquid id fuerit, in lucem proferemus. Interea nostram hanc qualemcunque in hac oratione edenda operam æqui bonique consule. Vale.

THEO-